



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 200. In quo consistat virginitas, & quando amittatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**



puellam non peccare, si ob evidens periculum mortis vel ingentis infamiae non adhibeat omnia omnino media ad depellendum stupratorem, v.g. si hunc, cum posset, non occidat, si non inclamet viciniam, sed merè patiatur coitum, tamen secluso omni periculo consensûs. Et licet hanc propositionem editis libris teneant Authores plures quam 50, quos adductis locis refert *Vindex Tabernæ* ad Prop. 1, inter quos sunt *S. Anton. P. 2. T. 7. c. 8. §. 2.* *Silvest. v. Homicidium 1. N. 9. Sot. Lib. 5. Quæst. 1. Art. 5.* *Navar. Man. c. 16. N. 1. Tolet. L. 5. c. 6. Lesf. 1. 2. q. 6. art. 5.* *Lugo de Justit. D. 10. n. 198.* *Regin. L. 22. c. 1. Sect. 1.* *Gonet de act. human. D. 1. N. 93. Steph. T. 1. D. 5. N. 43.* *Philip. T. 2. D. 9. D. 1. Bosco P. 3. D. 7. S. 10. N. 127,* tamen non expedit eam publicè proponere aut defendere, quia apta est causare abusus, præsertim apud rudes.

917 Q. 200. *In quo consistat virginitas, & quando amittatur. R. §. 1.* Circa primum variaz sunt Medicorum sententiæ: Multi dicunt in mulieribus incorruptis inveniri ad orificium vasis membranulam dictam hymen vel eugion, quæ si frangatur, per hoc amitti virginitatem: contradicunt alii cum *Boudevv. p. 2. q. 19. cum Fil. T. 30. n. 65.* cum *Lesfio de Just. L. 2. c. 10. n. 3. cum Sanch. de Matr. Lib. 7. D. 14. Num. 1,* & dicunt claustrum virginalè in mulieribus consistere in membranis carnis illud constringentibus ita arctè, ut appareat esle quasi ligamentum cutaneum: hinc ibidem docet *Boudevv.* posse semen circa muliebria effusum ita attrahi à matrice, ut hoc sufficiat ad consumptionem Matrimonii, licet corpus virginis non penetretur nec fiat defloratio, & hoc fieri posse, nullus, quòd sciam, inquit *Boudevvins, Medicorum dubitat.* Quod autem mares atinet, virgine